

Johann Bacmeister    Georg Friedrich Rall

**Joannes Bacmeisterus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. M. Georgii Friderici Rallii, Pomerani, De Cachexia : Publice ... in Auditorio Maiori add. XXIX. Iulii, horis ante & pomeridianis, habendam & ventilandam ; Magnificum Dn. Rectorem, Professores, Doctores, Licentiatos, ac universos omnium ordinum Cives Academicos, coeterosq[ue] Literatos, amice & officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1658


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73012102X>

Druck    Freier  Zugang



R U med. 1658/a. 1-2  
Johann Baumeister, Praes.  
Georg Friedrich Rall, Resp.







IOANNES BENEDICTUS MULLERUS,

Med. Doct. Prodentis

Medicæ in Universitate

ANUS,

Suo & Universitatis Collegarum  
Nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

*Clarissimi, Eximii ac Literatissimi*

Domino. MagistRO GEORGII FRIDERICI  
RALPHII, Pomerani,

DE

CACHEXIA

Publice bono cum DEO in Auditorio Majori  
add. XXIX. Julii, horis ante & pomeridianis,

Pro Summis in Arte Medicâ Honoribus  
& Privilegiis rite consequendis,  
habendam & ventilandam.

Magnificum Dominominum Rectorem, Professores,  
Doctores, Licentiatos, ac universes omnium ordi-  
num Cives Academicos, ceterosque Literatos,  
amicè & officiosè invitat.

---

*Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.*

ANNO MDC. LIIX.





Imulac *summus* omnium rerum *factor* ac *formator* *DEUS* spatio *issimum* & pulcher-  
rimo hinc *Mundi* *Theatrum* verbo suo  
omni potentia ex nihilo formavit ac con-  
didit, tertio hinc die, etiam antequam  
*Animalia* & *Plantae* *existerent*, varia &  
infinita herbae *instituta*, non eam tan-  
tummodo ob *causam* ut futuris animan-  
tibus pabulum forent, & in corporis cederent nutrimentū, ve-  
rum ut vires etiam, sanitatemq; eorum conservarent, & col-  
lapsam restituerent, produxit. Quemadmodum enim Archite-  
ctus aliquis domum quandam extruere, eandem conservare,  
& labentem reficere potest: Ita *summus ille Hominis Architectus*,  
ipsius non solum formationi, sed & conservationi ac refectio-  
ni prospicere voluit, quo vitam sempiternam, in perpetuam  
sui Creatoris laudem & celebrationem sine omni morbo &  
molestia ageret, id quod liquido ex ligno vitæ in medio Para-  
disi plantato colligi potest. Postquam autem primus omnium  
nostrorum Parens, divinam hanc despexit munificentiam, ac  
paternam neglexit voluntatem, dum animo non inferior, sed  
æqualis *Conditori* suo esse cuperet, deq; arbore vetita scientiæ  
boni & mali contra mandatum Divinum comederet, factum  
est, ut omni Dei misericordiâ excideret, à ligno vitæ arce-  
retur, inque omnium calamitatum ac miseriarum cumulū præ-  
ceps rueret. Hinc quoq; universum genus humanum tot mor-  
borum myriadibus divexatur, tot tamq; variis doloribus ob-  
jicitur, ut non vitæ, non corporis pars, non partis fibra ulla sit,  
quam non morbus aliquis peculiaris invadat & exerceat, adeo,  
ut unus homo pluribus sit obnoxius morbis, quàm reliqua to-  
to orbe animalia, & vix aliquis reperiatur, qui omnes nume-  
rare morbos, aut nomina ad eos denotandos sufficientia ex-  
primere possit,

*Nam neq; quam multe species, nec nomina que sint,  
Est numerus, teste Virgil. l. 2. Georg.*



Respe-



Respexit verè Clementissimus Conditor noster creaturam suam etiam inobedientem pro misericordia sua, ne periret funditus, sed tandem agnito lapsu suo converteretur & viveret, atq; Animam ejus primo *semine mulieris* promisso creavit, corpora pluribus modis consulit; Vestibus quidem, ne externis aëris injuriis expositus facile læderetur: omnis verò generis herbis ac stirpibus, quæ in victum salutarem homini cederent, & corporum sanitatem quàm diutissimè servarent incorruptam. At tanta fuit hujusalimenti vis, ea facultas, ut qui eo vescerentur, ad centenos aliquot annos & quidem millesimum fere vitam producerent. Ea autem existente hominum malitia ac protervia, ut poenam diluvii non immeritò sibi ipsis attraherent, omnisq; terra subitò aquarū fluctibus obrueretur, aliamq; acquireret faciem, & procul dubio multum de pristino amitteret vigore, post illud *Numen altissimum* Noacho, quem unicum cum suis in diluvio servavit incolumem, non tantum oleribus & herbis virentibus, sed & omnibus quæ moventur & vivunt cibari permisit. Quoniam verò difficilior est carniùm quàm herbarum concoctio, ut hæc adjuvaretur, vini usum, quod Noachus omnium primus plantavit, ipsi ostendit. Hæc prima & antiquissima Medicæ artis origo, hoc initium, hæc scaturigo, quæ inventum est non hominum, sed folius Dei respicientis genus humanū, *εὐρημα, δῶρον, χρησιμότητα*. Hic solus ut cæterarum rerum omnium præclararum, ita Medicinæ jecit fundamenta, vel ipso acclamante Hippocr. in Epist. ad Abderitas, ubi ait: *θεῶν χάριτας εἶναι τὰς τέχνας*. & Rhafis l. 7. Aph. 5. *Medicina est tota Dei, & est res venerabilis*. Nec non Origenes Homil. 1. sup. Psalm. 37. *Creator, inquit, humanorum corporum Deus sciebat, quod talis esset fragilitas ejus corporis, quæ languores diversos posset recipere, & vulneribus aliisq; debilitatibus esset obnoxia. Et ideo venturis passionibus providens etiam medicamenta procreavit ex terra & Medicinæ tradidit disciplinam, ut si accederet aegritudo corpori, non deesset Medicina*; Leve quidem videtur illud Medicinæ initium, & simplex per victum curandi ratio; verum quid præstantius, quam novisse, quo cibi genere utendum

dum



dum fit, tùm ad præsentem sanitatem tuendam & conservandam, tùm quoq; ad amissam eò rectius & citius recuperandam. Ars namq; medica neq; inventa fuisset ab initio, neq; quæ sita, nihil n. eâ fuisset opus, si ægroti homines citra noxam eodem victu uti, eademq; assumere potuissent, quæ sani edunt ac bibunt, quin etiam alia victus ratio contulisset, nisi essent istis alia meliora. At nunc necessitate homines coacti Medicinam investigarunt, quod ægrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit, ut ne nunc quidē confert. Prout hoc ipsum prolixè satis Hippocr. l. de prisca Medic. demonstrat. Quamvis a. hominem tanta sequatur sanitatis calamitas, quam primorum nostrorū Parentum lapsus & peccata nostra super nos induxerunt; tamen omni tempore insipientes quidam reperti sunt, & adhuc reperiuntur, qui Medicinam ut artem plane in utilem & non necessariam contemserunt. Inter quos non postremum locum obtinet Heraclytus Blysonis vel Herationtis secundum alios Fili9, nobilis Ephesius Philosophus, quiq; *παρ' ὀρφείας τὸ πλεῖστον ἐλάηφεν* ut Clemens 17. *σρωμ.* ait: Hic erat supra cæteros alto elatoque animo atque omnium contemptor, cumq; hydropem nimio esu olerum ac herbarum contraxisset, ad urbem ex montibus, in quibus vitam ducebat, descendebat, Medicosque per ænigmata sciscitabatur, an possent ex imbre siccitatem facere? vel ut Hermipp9 refert, Num possit illorum aliquis pressis intestinis humorem exhaurire. Illis ex parte non intelligentibus, ex parte etiam negantibus, Medicinam Medicosq; spernens, oblitum se bubulo fimo toli siccandum præbens dormiebat, atq; ob eam mutationem ignotus à canibus dilaceratus est, ut Neanthes Cyzicenus, Diogenes Laertius. Tertullianus in lib. ad Martyres, & Suidas tradunt. Dignus sane Heraclytus ex Sententia Andr. Tiraquelli tract. de nobilit. & jur. primigen. c. 31. §. 318. qui à Medicis derelictus, vicissimq; contemptui habit9, eo genere mortis interiret. Utinam a. omnes Medicinæ contemptores cum Heraclyto obiissent. Verum Hipp. lib. de Arte de vet. Medicina, de Medico, de lege, de horum hominum insolentia  
non



non solum conqueritur, sed & Gorgiam Leontinum, Poli  
sectatores & alios antiquiores hujus farinae refutat. Plinius  
item l. 29. nat. Histor. Medicinam ut inutilem reprehendit,  
cum sine illa ultra sexcentos annos Romanus permanserit  
populus. Et Ferdinandus Nonius Professor Academiae Sal-  
manticensis in scripto quodam Medicinam & Medicos o-  
mnes procul ultra Thulen orbisque fines ablegare conatus  
est. Hinc quoq; quidam ex ipso Medicorum Principe Hipp.  
Medicinam non esse necessariam asserere contendunt. Ipse  
n. lib. 9. Epid. Sect. 5. t. 1. & 2. Νόσων φύσις ἰν ἑσέσι Naturam mor-  
bis mederi affirmat. Naturam etenim ipsam sibi per se, non  
ex consilio motiones ad actiones obeundas invenire & à  
nullo edoctam, citraque disciplinam ea, quæ conveniunt ef-  
ficere ibidem statuit, dum ἀπὸ αὐτῆς, inquit, ἡ φύσις ἔσσα, καὶ  
ἐμαθῆσα τὰ δεύτα ποίειν. Verum Galenus in comment. ejus  
loci ait: Nobis quidem satius videtur dici, Naturam Morbis mede-  
ri, rectè verò Ἔ Medicinalem artem Ἔ Medicum. Medicina namq;  
Morborum est Medicatrix, siquidem est ars Medendi, Ἔ Medicus  
curat Morbos. teste Francisc. Valles. in comm. in hunc loc. Hipp.  
Et Gaspar Bravo, de Sobre monte Ramirez Resolut. Medic.  
part. 1. disp. 1. sect. 1. resol. 1. §. 3. Negat consequentiam, quia  
natura est morborum medicatrix, se solà in parvis morbis; adju-  
vamine Medici, (qui ex Gal. adjutor est naturæ) in aliis quos  
natura sine medicina non posset vincere; sicut neq; natura neq; Me-  
dicina sine ope Dei simul concurrentis. Cum Scaligero itaque  
comm. 1. in Arist. d. plantis, Smetio & Brucæo in Miscell.  
med. l. 7. Epist. 1. & 2. inter causas morborum curatrices Na-  
turæ primas esse deferendas statuimus. Medicum autem  
esse Naturæ ministrum, & adeò necessariam esse Medici-  
nam, ut quandoq; Medico totum curationis opus acceptum  
merito post Deum feratur, ut in luxati membri restitutione,  
& reliquorum instrumentariorum morborum curationibus.  
Aliquando natura adjuvetur à Medico, ut in curatione  
morborum longorum, qui non facile à Naturâ superantur,  
in majoribus solutionibus continui & similibus. Omnis  
namq;



namq; ars & disciplina implere vult id, quod Natura deest. ut Arist. l. 7. Polit. c. 17. habet. Nec obstat quod Populus Romanus sub primis incrementis diu sine Medicinâ permanerit: Ex ipsis enim Romanorum scriptoribus habemus, illum de sceleratis & nocentibus congregatum fuisse. Salust. in Catil. Liv. lib. 1. & Lucan. lib. 7.

*Romulus infami complevit moenia luco,*

Quid ergo erat huic pro tunc levi populo cum nobilibus scientiis. Verum indies aucta virtute & nobilitate populi, cognitaque Medicinæ necessitate, annuente ipso Plinio & Sueton. in octav. August. Medicinæ Professores in Romano populo admissi & maximis præmiis & honoribus condecorati fuerunt. Cum itaq; nec garrulitas Grammaticalis Plinii, nec Catonis magis procax quam gravis sententia, ut cum Hieron. Bardo Medico Politico Catholico liceat loqui, ab excellentia & necessitate Medicinæ quidpiam detrahere possit, sed potius Quintiliano autore Ars hæc sola sit, quæ opus omnibus, cuiusq; utilitate mortalium omnis vita constet, & quæ in subsidium salutis humanæ à Deo mortalibus condonata, meritoq; vivis coloribus depingi possit, quod sit *domi grata, foris necessaria, accepta cunctis, nulli injuria, benefica, liberalis, dulcissima naturæ parentis indagatrix, calamitatum fugatrix, sanitatis fidiissima tutrix, ac in hac corporum fragilitate maximum solatium. Quod pro summis & intimis omniumq; salute excubet, pauperum casas non dedignetur, simulq; Imperatorum, Regum, Principum cubiculis excipiatur.* Ad hujus itaq; Nobilissimæ ac summè necessariæ Artis cognitionem, qua quis instructus, & sanitatem præsentem conservare, & amissam restituere rectè potest, consequendâ, licet omnes, quotquot sanitatem optimum hominis in hac vitâ bonum factam rectam retinere desiderant, summa ope ac studio elaborare oporteret: Attamen per pauci reperiuntur, quibus hæc tanti momenti res cordi est, quia potius illotis quasi manibus ad Medicinam faciendam accedunt, artemq; hanc nobilissimam, cuius principia ignorant, temerè cum ægro-  
rum



sum exitio exercere conantur. Maxima verò laude digni sunt ii, qui diligenti & assiduâ medicatione ac investigatione earum rerum, quæ ad bene medendum & finem medicû feliciter assequendum necessariò requiruntur, præmissa, optimo artis habitu instructi tandem ægrotorum curam suscipere, & suorum laborum præmia accipere gestiunt. Eorum è numero etiàm est EXIMIUS, Clarissimus ac Literatissimus Dn. M. GEORGIUS FRIDERICUS RALLIUS, Medicinæ Candidatus, cujus vitæ ac studiorum curriculum paulò altius repetere præsens occasio postulat. Natus est Damami in Pomeraniâ Anno seculi XXXII. d. 29. Mart. Patre GEORGIO RALLEN, Ecclesiæ Dammenfis Pastore, Matre ANNA NEUENDORFIA. Sub Moderatoribus Scholæ patriæ & privatis informatoribus transegit annos tredecim, ibidemq; non solum fundamenta linguæ latinæ & initia Græcæ, sed & Rhetorices, Oratoriæ & Logicæ posuit. Tredecim annos natus Stetinum. in Scholam Senatoriam à Parente missus inq; ejus supremam classem receptus est, in quâ integro anno substitit, quo peracto, Ao. seculi XLVI. in illustre Pædagogium Stetinense introductus est, ibidèq; integro triennio commoratus, ad studia Philosophica sub moderamine præfertim Vitorum Clariss. Dn. M. JOHANNIS MICHAELII, jam S. S. Th. D. & Prof. & Dn. M. JOACHIMI Strömmen / hodie S. Theol. Lic. animum applicuit, habitâ quoq; ante discessum Disputatione Philosophicâ publicâ proprio Marte conscriptâ. Imo verò hic initia Medicinæ cepit scrutari ex ore GEORGI KIRSTENII, Med. D. & Prof. Regii celeberrimi. Anno XLIX, annos natus septendecim ex arbitrio parentis in academiam Salanam perrexit, ibidemq; per sesquiannum commoratus, utriq; studio, philosophico & Medico ulteriorem operam impendit, inq; hoc Præceptores habuit celeberrimos illi9 Academiæ Professores, GUBERNERUM ROLFINCK, GOTHOFREDUM MOEBIUM, & CHRISTOPHORUM SCHELHAMMERUM. Anno LI, Jenâ Wittebergam se contulit, ibidemq; Summi in Philosophiâ honores d. 14. Octobr. dicti anni per Virum Ampliss. & Excellentiss. Dn. ANDREAM SENNERTUM, Lingg. Orient. Profess. P. celeberrimum, & tunc temporis Decanum Collegii Philosophici Spectatissimum, ipsi collati sunt. Præceptores hic in Philosophicis inprimis habuit JOHANNEM SPERLINGIUM, CHR. NOTNAGELIUM, NICOL. POMPEJUM, viros undiquaque famigeratissimos; In arte Medicâ, AUGUSTUM BANTZERUM, CONRADIUM VICTOREM SCHNEIDERUM & MICHAËLEM SENNERTUM, Medicinarum Doctores & Professores itidem celeberrimos.

Anno



Anno LII. à Parente domum vocatus est, & quamvis animus erat breviter dictam Academiam repetere, præter expectationem tamen & votum in-  
ficiiebantur obstacula. Stetinum igitur repetiit, ut, quia Academiis immo-  
rari fortuna non concedebat, eruditorum nihilominus & præsertim clari-  
simorum Medicorum conversatione uteretur. Interea cum à Studiosâ  
ibidem Juventute ad aperienda Collegia Philosophica sollicitaretur, mul-  
torum instantiis deesse noluit, adeoque præterito quadriennio diversa in ut-  
ràque Philosophiæ parte aperuit collegia lectoria & disputatoria idque in  
lectissimâ Auditorum frequentia. Ante tres septimanas hanc nostram  
ingressus est Rhodopolin, & exantlatorum hæcenus laborum præmia,  
honores scilicet in Medicina, Summos & privilegia Doctoralia modestè  
ambiit. Nos honestæ ejus petitioni deesse nec volumus nec potuimus.  
Vitæ enim laudabiliter actæ & cum virtute traductæ honor præmium est &  
merces. Dicitur itaque dies est Examini, quo ex omnibus Medicinæ partibus  
diligentissime eum examinavimus, inque eo satis acri ac rigoroso exami-  
ne omninoprehendimus, feliciter illum Medicæ artis præcepta in-  
bibisse, & titulum Doctoralem honestè & justè petere, dignumque esse,  
qui in publicum prodeat, & quam intra privatos parietes ostendit & nobis  
probavit eruditionem, coram facie Academiæ publicè testatam faciat.  
Hunc in finem Disputationem de CACHEXIA inauguralem Dnus Candi-  
datus exhibet. Ad cujus publicam & placidam ventilationem Magnificum  
Dnum Rectorem, omnes omnium Facultatum Professores, Doctores, Li-  
centiatos, Divini verbi præcones, Magistros, Nobilissimos & Lectissimos  
Studiofos, omnesque Literatos, Literatorumque Fautores, eo, quo par est,  
modo, reverenter, officiosè, & humaniter invito, obnixèque rogo, ut ad  
diem XXIX. Julii, horis matutinis & postmeridianis in Auditorio Majori  
frequenter convenire, quidque in certamine hoc Medico valeat publice  
experiri haud dedignantur. Erit hoc Facultati, totique Ordini Medico-  
rum acceptissimum, & Dn. Candidato honorificum. Nosq; vicissim col-  
legii Medici nomine id genus similia, & quæ præterea à nobis proficisci  
possunt officia, lubentissimo animo pollicemur, oblatâ occasione illa re-  
apse magis quam verborum prolixitate præstaturi.

P. P. Rostochii, sub Sigillo Facultatis Medicæ  
die XVIII. Julii: Anno clō loc LVIII.













sum exitio exercere conantur. Maximi  
 sunt ii, qui diligenti & assidua meditatione  
 ne earum rerum, quæ ad bene medendum  
 feliciter assequendum necessario requiruntur  
 optimo artis habitu instructi tandem a  
 suscipere, & suorum laborum præmia accipiunt.  
 Eorum numero etiam est Eximius, Clarissimus  
 Dn. M. GEORGIUS FRIDLICH, Medicinæ  
 Candidatus, cujus vitæ tunc paulò altius  
 repetere præsens orator Natus est Dammi  
 in Pomeraniâ Anno seculi XXXII. M. GEORGIUS  
 RALLEN, Ecclesiæ Dammensis Pastore, M.  
 DORFIA. Sub Moderatoribus Scholæ patriæ &  
 prætertransiegit annos tredecim, ibidemq;  
 non solum fun- & initia Græcæ, sed & Rhetorices,  
 Oratoriæ & Logice annos natus Stetinum  
 in Scholam Senatoriam à P. supremam  
 classem receptus est, in quâ integro anno  
 Ao. seculi XLVI. in illustre Pædagogium  
 Stetinense in integro triennio commoratus,  
 ad studia Philosophicæ fertim Virorum  
 Clariss. Dn. M. JOHANNIS MICHAELIS, &  
 Dn. M. JOACHIMI Sronnen / hodie S. Theol.  
 Lic. bita quoq; ante discessum Disputatione  
 Philosophicâ te conscriptâ. Imo verò hic  
 initia Medicinæ cepit se KIRSTENII,  
 Med. D. & Prof. Regii celeberrimi. Anno  
 septendecim ex arbitrio parentis in  
 academiâ Salanper sesquiannum  
 commoratus, utriq; studio, philosophicam  
 operam impendit, inq; hoc Præceptores  
 hab Academia Professores, GUBERNERUM  
 ROLFINCK, GOT & CHRISTOPHORUM  
 SCHELHAMMERUM. Anno LI, J contulit,  
 ibidemq; Summi in Philosophiâ honores  
 anni per Virum Ampliss. & Excellentiss.  
 Dn. ANDREA Orient. Profefs. P. celeberrimum,  
 & tunc temporis philosophicis Spectatissimum,  
 ipsi collati sunt. Præceptis in primis  
 habuit JOHANNEM SPERLINGIUM, CHR.  
 POMPEJUM, viros undiquaque famigeratissimos;  
 In stum BANTZBRUM, CONRADUM VICTOREM  
 SCHNEIDERUM NERTUM, Medicinatum  
 Doctores & Professores in

digni  
 gatio  
 medicū  
 missa,  
 curam  
 unct  
 itera-  
 A L-  
 n cur-  
 alat.  
 re GE-  
 UIEN-  
 oribus  
 latinæ  
 decim  
 q; ejus  
 tracto,  
 bidèq;  
 ne præ-  
 & Prof.  
 uit, ha  
 o mar-  
 GEORGII  
 natus  
 demq;  
 ico ul-  
 os illi  
 EBIIUM,  
 gam se  
 dicti  
 lingg.  
 collegii  
 philoso-  
 NICOL.  
 Augu-  
 M SEN-  
 rimos.  
 Anno

